

Exercitatio Quarta.

die Februarij ex 31. Decembris, Martij ex 28. Januarij, & Aprilis ex 28 Februarij ac de-
rivantur. Inde 22. Aprilis Juliani in 21. Martij Gregoriani prorogatur, ex inverte ope-
ratione precedentis casus. Porro autem 18. Septembris Gregoriani incidit in 20. Octobris, sic-
cut modo quoq; ostensum fuit. Ab anno 4501. post N. Christum, eadem anni principia co-
traria vice adparent, quando nimirum futurum esset Gregorianum initium in 30. Novembris
Juliani & Julianum in 2. Februarij Gregoriani esset.

Præsenti anno 1585. quam ætate precedit 1501. proximè minor, oritur Gregorianum
Calendarium 22. Decembris Juliani, & vicissim 11. Januarij Gregoriani incipit Julii-
anum Calendarium. Quæ varietas opposita occurrit ab anno 1100. ante N. Chr. quando cœ-
perant Calendar Januarij Gregoriani 11. Januarij Juliani, & 22. Decembris Gregoriani Calen-
dar Januarij Juliani. Examine hoc modo producto in superiora & posteriora Mundi tempora,
iuxta quod in Romano exemplo ab anno emendationis 1582. post Chr. periculam est sa-
epum, experimus annum post Christum 250. quo ad notationem characterum 30. Julianoq;
sed 251. quo ad Calendarium Januarij coincidentiam [i. e. hic in Solis & in Luna motu, id
fixum & mobilem anni dierum medio collapsu] esse intermedium, illumq; ipsum quo 50.
annis ante & post concursus dierum totius anni, tam in Gregoriano quam Juliano Calen-
dario, pro conservatione Equinoctij in 21. Martij, fuit notatus. Ideo calculo ostenditur
posteriori Centenario, in quem ætas Concilij Nicæni porrigitur, quod multum inclinatis
Equinoctium adparans in Calendario Juliano in 22. Martij, solum Bisextili anno plurimum
in 21. diem illius recesserit, adsumpta in hac notatione diej exordia ab occasu ☉. Quam
Equinoctij incidentiam, cum proculdubio tam temporis patres Concilij deprehendissent, non
abs re putarunt, si 21. diem pro 22. Martij adsciscerent, cum regressus illius ab illis diutina-
retur, quo diutius in disputato termino 21. diej perduraret, neq; posteritati citius errorem observa-
tionis terminij Paschalis propterea inducerent. Ante et post N. Chr. nos 7000. annorum pro im-
merata summa adscilimus in hac Tab. D. quod non propterea factum, ac si ignoraremus
preiores Utrinq; Mundi terminos definitos, aut fortassis dubitarem de Mundi exordio &
fine: sed potius calculi Utrinq; Calendarij maior Varietas disgregationis confortetur, &
fusaq; huius doctrinæ latius in periodo anni Romani M. dilataretur. Exemplo de anno 1585.
repetito: Cum hodie, quo hæc scribimus, nobis in Gregoriano Calendario labatur 15. dies
Julij, qui est divisionis Apostolorum, ante annos 1536. ab Hierosolymis in diversas Mun-
di plagas facta, Quæretur 11. Januarij in Tab. E. mensura, a quo descendendo animadverti-
mus in 11. Julij Gregoriani ordinis Calendar Julij Juliani, inde enumeratione facta, pinge-
rit 5. dies Julij Juliani in 15. eiusdem Gregoriani, Dies videl. duo Utrinq; pari instans
labentes. Sed anno 49. à N. Christo, quo contigerat eadem historia die 15. Julij in Juliano
Calendario, cui anno proximus ætate precedens in Tab. D. notatur Centesimus ante N. Chr.
adscripto ipsi die 30. Decembris Gregoriani, quo Julianum Calendarium principium suum collo-
cauerat, Ergo & pro dato 49. anno post Chr. eodem terminus valebit, qui in Tab. E. mensura q-
situs, ostendit Julianum Julium tum temporis à 29. die Junij Gregoriano capisse: exinde 15.
dies Julianus tanget 17. Julij Gregorianum, quo die novi nostri Calendarij incidit dicta hi-
storia &c.

Usus præterea reliquorum selidiorum est exponendus. Primum
illius angustionis, sub titulo ☉ ad sinistram & ☽ ad dextram. Illud sub ☉ nobis aperit
distantiam principiorum anni Gregoriani & Juliani. Ut anno conditij M. 3971: qui ag-

nosci=